

lia octingentos quinquaginta pedites cetratos misit in Africam, et funditores baleares octingentos septuaginta, equites mixtos ex multis gentibus mille ducentos. Has copias, partim Carthagini praesidio esse, partim distribui per Africam jubet: simul conquisitoribus in civitates missis, quatuor millia conscripta delectae juventutis, praesidium eosdem et obsides duci Carthaginem jubet. Neque Hispaniam negligendam ratus (atque ideo haud minus quod haud ignarus erat circuitam ab romanis eam legatis ad sollicitandos principum animos), Asdrubali fratri, viro impigro, eam provinciam destinat, firmatque eum Africae maxime praesidiis, peditum afrorum undecim millibus octingentis quinquaginta, Liguribus trecentis, Balearibus quingentis. Ad haec peditum auxilia additi equites libyphoenices (mixtum punicum Afris genus), trecenti, et Numidae Maurique accolae Oceani ad mille octingentos, et parva Hergetum manus ex Hispania, ducenti equites. Et ne quod terrestres deesset auxilii genus, elephanti quatuordecim. Classis praeterea data ad tuendam maritimam oram (quia, qua parte belli vicerant, ea tum quoque rem gesturos Romanos credi poterat) quinquaginta quinqueremes, quadriremes duae, triremes quinque; sed aptae instructaeque remigio triginta et duae quinqueremes erant, et triremes quinque. Ab Gadibus Carthaginem ad hiberna exercitus rediit: atque inde profectus, praeter Etoivissam urbem, ad Iberum maritimamque oram ducit. Ibi fama est in quiete visum ab eo juvenem divinae specie, qui se ab Jove diceret duces in Italiam Annibali missum: proinde sequeretur, neque usquam a se deflecteret oculos. Pavidum primo, nusquam circumspicientem aut respi-

habiendo de servir mejor unos y otros lejos de su patria como que militaban obligados con mútuas prendas. *Funditores baleares*, honderos mallorquines. *Conquisitoribus*, quienes hiciesen leva. *Neque*, no pensaba en dejar la España desamparada, tanto menos, etc. *Liguribus*, Genoveses. *Libyphoenices*, libifenicios. *Aptae*, prevenidas y tripuladas con sus remeros. *Quiets*, que en sueños vió un jóven de figura sobrehumana. *Neque*, y que no apartase de él la vista á ninguna parte. *Pavidum*, que primeramente le siguió temeroso sin mirar á los lados ni atrás; pero que despues, mo-

Cetratos, soldados de á pié con escudo. De la palabra *cetra*, *æ*.
Hergetum, pueblos junto á Lérida.

Etoivissam, por fuera de Vinaroz, otros Buñol en el reino de Valencia.

cientem, secutum: deinde, curá humani ingenii, cum quidnam id esset quod respicere vetitus esset agitare animo, temperare oculis nequivisse: tum vidisse post se serpentem mirá magnitudine cum ingenti arborum ac virgultorum strage ferri; ac post insequi cum fragore caeli nimbum. Tum quae moles ea, quidve prodigii esset quaerentem, audisse: vastitatem Italiae esse; pergeret porró ire, nec ultra inquireret, sineretque fata in occulto esse. Hoc visu lætus, tripartitò Iberum copias trajecit, praemissis qui Gallorum animos, qua traducendus exercitus erat, donis conciliarent, Alpiumque transitus specularentur. Nonaginta millia peditum, duodecim millia equitum Iberum traduxit. Hergetes inde, Bargusiosque, et Ausetanos, et Lacetanium, quae subjecta Pyrenaeis montibus est, subegit: oraeque huic omni praefecit Hannonem, ut fauces, quae Hispanias Gallis jungunt, in potestate essent. Decem millia peditum Hannoni ad praesidium obtinendae regionis data, et mille equites. Postquam per Pyrenaeum saltum traduci exercitus coeptus est, rumorque per barbaros manavit certior de bello romano, tria millia inde carpitanorum peditum iter avertentur. Constabat, non tam bello motos, quam longinquitate viae insuperabilique Alpium transitu. Annibal, quia revocare aut vi retinere eos anceps erat, ne ceterorum etiam feroces animi irritarentur, supra septem millia hominum domos re-

viéndole la curiosidad natural al hombre á pensar entre sí porqué le habia prohibido mirar atrás, no se pudo contener. *Cum ingenti*, con gran ruina de árboles grandes y pequeños. *Cum fragore caeli nimbum*, y que se siguió despues una tormenta con truenos del cielo. *Moles*, aquel monton de cosas. *Pergeret*, que prosiguiese en fin su camino, y no inquiriese otra cosa. *Tripartitò*, en tres trozos. *Subjecta*, que cae á las faldas de los Pirineos. *Orae*, y dió el mando de esta cordillera. *Fauces*, embocaduras. *Saltum*, montes Pirineos. *Rumorque*, y se divulgó entre aquellos bárbaros la noticia cierta de la guerra contra los Romanos. *Avertentur*, torcieron el camino, esto es, desertaron. *Non tam*, que no les habia movido tanto á desertar la guerra, cuanto lo largo del camino. *Aut vi*, ó que el hacerlos volver ó detenerlos por fuerza

Ausetanos, los de Vich, en Cataluña.

Lacetanium, Urgel y Solsona.
Virgultum, mata, árbol pequeño.

misit, quos et ipse gravari militiâ senserat, Carpetanos quoque ab se dimissos simulans. Inde, ne mora atque otium animos sollicitarent, cum reliquis copiis Pyrenæum transgreditur, et ad oppidum Illiberim castra locat.

VIII. Galli, quanquam Italiæ bellum inferri audiebant, tamen, quia vi subactos trans Pyrenæum Hispanos fama erat, præsidiaque valida imposita, metu servitutis ad arma consternati, Ruscinonem aliquot populi conveniunt. Quod ubi Annibali nuntiatum est, moram magis quam bellum metuens, oratores ad regulos eorum misit; colloqui semetipsum velle cum his: et vel illi propius Illiberim accederent, vel se Ruscinonem processurum, ut ex propinquo congressus facilius esset: nam et accepturum eos in castra sua se lætum, nec cunctanter se ipsum ad eos venturum, hospitem enim se Galliæ, non hostem advenisse: nec stricturum antè gladium, si per Gallos liceat, quam in Italiam venisset. Et per nuntios quidem hæc. Ut verò reguli Gallorum, castris ad Illiberim exemplo motis, haud gravatè ad Pœnum venerunt, capti donis, cum bonâ pace exercitum per fines suos præter Ruscinonem oppidum transmiserunt.

IX. In Italiam interim nihil ultra quam Iberum transisse Annibalem, a Massiliensibus legatis Romam perlatum erat: cum perinde ac si Alpes jam transisset, Boii, sollicitatis Insubribus, defecerunt: nec tam ob veteres in populum romanum iras, quam quòd nuper circa Padum, Placentiam, Cremonamque colonias in agrum gallicum deductas ægrè patiebantur.

era peligroso. *Quos et ipse*, á los que habia conocido que se les hacia pesada la milicia los enviò á sus casas. *Sollicitarent*, para que no se rebelase la gente con la tardanza y el descanso. *Ad Illiberim*, junto á Colibre.

VIII. *Consternati ad arma* (frase peculiar de T. Livio), acudiendo á tomar las armas por miedo de quedar esclavos. *Ruscinonem*, se juntan algunos pueblos en el Rosellon. *Regulos*, á sus cabezas. *Processurum*, ó que él iria al Rosellon para poder hablar mas fácilmente desde cerca. *Cunctanter*, sin detencion. *Si per Gallos*, como no le obliguen á ello los Galos. *Hæc*, sup. *acta fuerunt*, esto se trató por embajadores. *Haud gravatè*, de buena gana. *Præter*, por fuera del Rosellon.

IX. *Boii*, los Boyos, habiendo levantado á los Insubrios. *Defecerant*, esto es, *a Romanis*, se apartaron del partido romano. *Ægrè*, sentian...

Ilaque armis repentè arreptis, in eum ipsum agrum impetu facto, tantum terroris ac tumultus fecerunt, ut non agrestis modò multitudo, sed ipsi triumviri romani, qui ad agrum venerant adsignandum, diffisi Placentiæ mœnibus, Mutinam confugerint, C. Lutatius, C. Servilius, T. Annius. Lutatii nomen haud dubium est; pro C. Servilio et T. Annio, Q. Aecilius et C. Herennium habent quidam annales: alii P. Cornelius Asinam, et C. Papirium Masonem. Id quoque dubium est, legati ad Boios ad exostulandum missi violati sint, an in triumviros agrum metantes impetus sit factus. Mutinæ cum obsiderentur, et gens ad oppugnandarum urbium artes rudis, pigerrima eadem ad militaria opera, segnis intactis adsideret muris, simulari cœptum de pace agi: evocatique ab Gallorum principibus legati ad colloquium, non contra jus modò gentium, sed violatâ etiam quæ data in id tempus erat fide, comprehenduntur: negantibus Gallis, nisi obsides sibi redderentur, eos se dimissuros. Cum hæc de legatis nuntiata essent, et Mutina præsidiumque in periculo esset, L. Manlius prætor irâ accensus effusus agmen ad Mutinam ducit. Silvæ tunc circa viam erant, plerisque locis incultis: ibi, inexploratò profectus, in insidias præcipitatus, multâque cum cæde suorum ægrè in apertos campos emerit. Ibi castra communita: et quia Gallis ad tentanda ea defuit spes, refecti sunt militum animi, quanquam accisas res satis constabat. Iter deinde de integro cœptum: necdum per patentia loca ducebatur agmen, cum apparuit hostis. Ubi rursus silvæ intratæ, tum postremos adorti, cum magnâ trepidatione ac pavore omnium octingentos

Qui ad, que habian ido á la demarcacion del territorio, poco seguros de las murallas de Plasencia. *Mutinam*, Módena. *Ad exostulandum*, á dar sus quejas á los Bayos. *Metantes*, que estaban deslindando el territorio. *Et gens... adsideret*, y estando-emano sobre mano en los muros intactos aquella gente, ignorante de los modos de combatir las ciudades. *Effusum*, apresurado. *Præcipitatus*, habiendo dado en emboscadas. *Ibi*, habiéndose encaminado allí sin reconocer primero el lugar. *Ægrè emerit*, apenas pudo escapar á campo raso con mucha pérdida, etc. *Tentanda*, para acometerlos. *Refecti*, se recobraron los ánimos de los soldados, aunque sabian que quedaron bastante derrotados. *Patentia*, todavía no habia llegado el ejército á lugares descampados. *Ubi*, luego que entraron de nuevo en la selva, acometieron á la

milites occiderunt, sex signa ademere. Finis inde, et Gallis territandi, et pavendi Romanis fuit, ut ex saltu invio atque impedito evasere. Inde, apertis locis facillè tutantes agmen, Romani Tanetum, vicum propinquum Pado, contendere. Ibi se munimento ad tempus, com meatibusque fluminis, et Brixianorum Gallorum auxilio, adversus crescentem in dies multitudinem hostium tutabantur. Qui tumultus repens postquam est Romam perlatus, et punicum insuper gallico bello auctum patres acceperunt, C. Atilium prætorem cum unâ legione romanâ et quinque millibus sociorum, delectu novo a consule conscriptis, auxilium ferre Manlio jubent; qui sine ullo certamine (abscesserant enim metu hostes) Tanetum pervenit. Et P. Cornelius, in locum ejus quæ missa cum prætore fuerat, transcriptâ legione novâ, profectus ab urbe sexaginta longis navibus, præter oram Etruriæ Ligurumque, et inde Salyum montes, pervenit Massiliam: et ad proximum ostium Rhodani (pluribus enim divisus amnis in mare decurrit) castra locat, vixdum satis credens Annibalem superasse Pyrenæos montes. Quem ut de Rhodani quoque transitu agitare animadvertit, incertus quonam ei loco occurreret, necdum satis reflectis ab jactatione maritimâ militibus, trecentos interim delectos equites, ducibus Massiliensibus et auxiliariis Gallis, ad exploranda omnia visendosque ex tuto hostes præmittit.

retaguardia con gran confusion. *Finis*, acabaron los Galos de atemorizarlos y los Romanos de temer, cuando salieron del bosque intransitable y embarazado. *Tanetum*, se fueron á Tanedo, aldea cercana al Po. *Munimento*, una fortificacion provisional. *Qui*, el cual repentino alboroto luego que se supo en, etc. *Acceperunt*, y oyeron los senadores. *Conscriptis*, alistados en las nuevas levadas. *Nova*, habiendo levantado una nueva legion en lugar de la que llevó consigo el pretor. *Navibus longis*, galeras. *Præter*, sin tocar los términos de la Etruria, de la Liguria ni de los Salios. *Ostium*, embocadura. *Pluribus*, porque desagua en el mar dividido en muchas bocas. *Vixdum*, persuadiéndose apenas que Anibal hubiese pasado. *Necdum*, por no haberse aun recobrado la tropa de los trabajos de la navegacion.

Brixianorum, habitantes de Brescia.

X. Annibal, ceteris metu aut pretio pacatis, jam in Volcarum pervenerat agrum, gentis validæ: colunt autem circa utramque ripam Rhodani; sed diffusi ceteriore agro arceri Pœnum posse, ut flumen pro munimento haberent, omnibus ferme suis trans Rhodanum trajectis, ulteriorem ripam amnis obtinebant. Ceteros accolæ fluminis Annibal, et eos ipsos quos sedes tenerant suæ, simul pellicit donis ad naves undique contrahendas fabricandasque: simul et ipsi trajici exercitum, levarique quamprimum regionem suam tantâ urgente hominum turbâ cupiebant. Itaque, ingens coacta vis navium est, lintriumque temerè ad vicinalem usum paratarum; novasque alias primùm Galli inchoantes cavabant ex singulis arboribus: deinde et ipsi milites, simul copiâ materiæ, simul facilitate operis inducti, alveos informes (nihil, dummmodo innare aquæ et capere onera possent, curantes) raptim faciebant, quibus se suaque transveherent. Jamque omnibus satis comparatis ad trajiciendum, terrebant ex adverso hostes, omnem ripam equis virisque obtinentes; quos ut averteret, Hannonem, Bomilcaris filium, vigiliâ primâ noctis cum parte copiarum, maximè Hispanis, adverso flumine ire iter unius diei jubet; et ubi primò possit, quàm occultissimè trajecto amni, circumducere agmen, ut, cum factò opus sit, adoriatur ab tergo hostem. Ad id dati duces Galli educunt, inde millia quinque et viginti ferme supra, parvæ insulæ circumfusum amnem, latiore, ubi dividebatur,

X. *Volcarum*, Langüedoc. *Colunt*, están asentados ó habitan, etc. *Diffusi*, pero desconfiados de poder apartar á Anibal del campo de la parte de acá. *Ut flumen*, para tener por defensa el rio. *Accolæ*, habitantes cercanos al rio. *Quos sedes*, que se mantuvieron en sus casas. *Pellicit*, los mueve á juntar naves de todas partes. *Levarique*, y que su tierra se desahogase cuanto antes de tanta gente como la servia de carga. *Vis*, número de naves se juntó. *Lintriumque*, y de barcas fabricadas con poca arte, como que solo servian para el uso diario de los vecinos. *Cavabant*, formábanlas de un solo tronco socavado. *Inducti*, convidándolos á ello la abundancia de madera y la facilidad de la construccion. *Alveos informes raptim faciebant*, fabricaban en poco tiempo canoas toscas, no cuidando mas que el que se mantuviesen en el agua con la carga. *Terrebant*, la caballería é infantería enemiga, apoderada de la ribera opuesta, los molestaba. *Adverso*, rio arriba. *Ire*, que camine el espacio de una jornada. *Educunt*, los conducen como á unas veinte y cinco millas de allí, sobre una pequeña isla que formaba el rio, mas ancho por donde se dividia, y por lo

eoque minùs alto alveo, transitum ostendère. Ibi raptim cæsa materia, ratesque fabricatæ, in quibus equi virique et alia onera trajicerentur. Hispani sine ullâ mole, in utres vestimentis coniectis, ipsi cetris suppositis incubantes, flumen transnavare. Et alius exercitus ratibus junctis trajectus, castris prope flumen positus, nocturno itinere atque operis labore fessus, quiete unius diei reficitur, intento duce ad consilium opportunè exsequendum. Postero die profecti ex loco, prodito fumo significant se transisse, et haud procul abesse. Quod ubi accepit Annibal, ne tempori deesset, dat signum ad trajiciendum. Jam paratas aptatasque habebat pedes lintres. Equites ferè propter equos nantes, navium agmen, ad excipendum adversi impetum fluminis, parte superiore transmittens, tranquillitatem infra trajicientibus lintribus præbebat. Equorum pars magna nantes loris a puppibus trahebantur, præter eos quos instratos frenatosque, ut extemplo egresso in ripam equiti usui essent, imposuerant in naves. Galli occursant in ripam cum variis ululatibus cantuque moris sui, quatientes scuta super capita, vibrantesque dextris tela: quanquam et ex adverso terrebat tanta vis navium cum ingenti sono fluminis, et clamore vario nautarum et militum, qui nitebantur per-rumpere impetum fluminis, et qui ex alterâ ripâ trajicientes suos hortabantur. Jam satis paventes adverso tumultu, terri-

mismo de menos profundidad; y aquel dijeron que era el paso. *Mole*, sin ninguna carga, esto es, desnudos. *In utres*, poniendo sus vestidos sobre pellejos inflados y echándose sobre los escudos, pasaron el río á nado. *Reficitur*, descansa un día. *Intento*, solícito para poner en ejecución á su tiempo sus designios. *Prodito fumo significant*, avisan con humo de hogueras que hicieron. *Tempori*, por no faltar en la ocasion. *Pedes* (singular por plural), la infantería tenía ya las barcas prevenidas y dispuestas. Orden: *Agmen nav. ad excipiend. imp. flum. adv. part. sup. transm. equit. fere prop. equos nantes præb. tranq. lintrib. trajicient. infra*, las naves puestas en la parte superior para cortar la corriente impetuosa del río, que conducían á los caballeros que llevaban del diestro á los caballos, que iban á nado, hacían el paso mas sosegado á las barcas que estaban mas abajo. *Instratos*, enjaezados y con freno. *Imposuerant*, y que habían embarcado. *Variis*, con varios aullidos, cantando segun su costumbre, y moviendo los escudos. *Vibrantesque*, y vibrando las lanzas en la mano derecha. *Qui nitebantur*, que pretendían cortar. *Jam satis*, estando ya llenos de bastante miedo por la gritería de los de enfrente, les acometió por la espalda otra mas terrible...

bilior ab tergo adortus clamor, castris ab Hannone captis; mox et ipse aderat, ancepsque terror circumstabat; et e navibus tanta vis armatorum in terram evadens, et a tergo improvisa premebat acies. Galli, postquam vim facere conati ultro pellebantur, quâ patere visum maximè iter per-rumpunt, trepidique in vicis passim suos diffugiunt. Annibal, ceteris copiis per otium trajectis, spernens jam gallicos tumultus, castra locat. Elephantorum trajiciendorum varia consilia fuisse credo: certè varia memoria est actæ rei. Quidam, congregatis ad ripam elephantis, tradunt ferocissimum ex his irritatum a rectore suo, cum refugientem in aquam nantem sequeretur, traxisse gregem, ut quemque timentem altitudinem destituerat vadum, impetu ipso fluminis in alteram ripam rapiente. Ceterum magis constat ratibus trajectos. Id, ut tutius consilium ante rem foret, ita, actâ re, ad fidem pronius est. Ratem unam ducentos longam pedes, quinquaginta latam, a terrâ in amnem porrexerunt: quam, ne secundâ aquâ deferretur, pluribus retinaculis validis parte superiore ripæ religatam, pontis in modum, humo injectâ constraverunt, ut belluæ audacter velut per solum ingrederentur. Altera ratis æquè lata, longa pedes centum, ad trajiciendum flumen apta, huic copulata est: et cum elephantis per stabilem ratem, tanquam viam, prægredientibus feminis, acti, in minorem applicatam transgressi sunt, ea, extemplo resolutis quibus leviter adnexa erat vinculis, ab actuariis aliquot navibus ad alteram ripam pertrahitur.

Mox, al punto se presentó el mismo Hanon. *Ancepsque*, y por ambas partes se hallaban aterrados. *Vim facere*, resistir. *Quâ*, por donde vieron camino mas ancho rompen. *Per otium*, con sosiego. *Credo*, que hubo varios pareceres sobre pasar á los elefantes. *Varia*, porque esto se cuenta con variedad. *Ferocissimum*, que el gobernante aguijoneó al mas bravo elefante, y que los demás le siguieron á este, el cual huyendo se echó á nado; y que dejando el vado por temer la profundidad, la misma corriente los pasó al otro lado. *Id, ut*, así como este sería el medio mas seguro antes de hacerlo. *Pronius ad fidem*, es mas creible. *Porrexerunt*, echaron al río. *Ne secundâ*, para que no se la llevase la corriente. *Retinaculis*, maromas fuertes. *In modum*, la cubrieron de tierra á manera de puente. *Ut belluæ*, para que los elefantes entrasen sin miedo como si fueran por tierra. *Stabilem*, atada, quieta. *Tanquam viam*, como por tierra. *Prægredientibus*, guiando las hembras. *Applicatam*, unida á la menor. *Ea extemplo*, esta es condu-

Ita primis expositis, alii deinde repetiti ac trajecti sunt. Nihil sanè trepidabant, donec continenti velut ponte agerentur: primus erat pavor cum, solutâ ab ceteris rate, in altum raperentur. Ibi, urgentes inter se, cedentibus extremis ab aquâ, trepidationis aliquantum edebant, donec quietem ipse timor circumspicientibus aquam fecisset. Excidere etiam sævientes quidam in flumen, sed pondere ipso stabiles, dejectis rectoribus, quærendis pedetentim vadis, in terram evasere.

XI. Dum elephantum trajiciuntur, interim Annibal numidas equites quingentos ad castra romana miserat speculatum, ubi et quantæ copiæ essent, et quid pararent. Huic alæ equitum missi, ut antè dictum est, ab ostio Rhodani trecenti Romanorum equites occurrunt: prælium atrocius quàm pro numero pugnantium editur: nam præter multa vulnera, cædes etiam prope par utrinque fuit, fugaque et pavor Numidarum Romanis jam admodum fessis victoriam dedit. Victores ad centum sexaginta, nec omnes Romani, sed pars Gallorum; victi amplius ducenti ceciderunt. Hoc principium simul omenque belli, ut summæ rerum prosperum eventum, ita haud sanè incruentam ancipitisque certaminis victoriam Romanis portendit. Re ita gestâ, ad utrumque ducem sui redierunt. Nec Scipioni stare sententia poterat, nisi ut ex consiliis ceptisque hostis et ipse conatus caperet: et Annibalem incertum utrum ceptum in Italiam intenderet iter, an cum eo, qui primus se

cida á la otra ribera por algunas naves remeras, desatadas al punto las maromas con que estaba flojamente atada. *Alii deinde*, se hizo la misma diligencia para pasar los demás. *Donec*, mientras andaban por la primera barca, que era como tierra firme. *Altum*, en medio del río. *Urgentes*, apretándose unos á otros por apartarse los últimos del agua, causaban algun atropellamiento. *Sævientes*, movidos del miedo, embravecidos. *Sed*, pero manteniéndolos su misma corpulencia ó balumbo, echando á los gobernantes, y buscando con los piés la tierra, salieron á la orilla.

XI. *Huic alæ*, contra este trozo de caballería. *Atrocious*, mas sangrienta de lo que pedía el número de combatientes. *Victores*, de los vencedores murieron. *Hoc principium*, este principio, que al mismo tiempo era pronóstico de la guerra, así como prometió á los Romanos un próspero término de sus cosas, así dió á entender que la victoria costaría sangre, y que la batalla sería dudosa. *Re*, dada así la batalla. *Nec Scipioni*, ni podía Escipion tomar determinacion fija, sino que obraba segun las determinaciones y empresas del enemigo. *Intenderet*, si proseguiría su camino, ó si traba-

obtulisset romanus exercitus, manus consereret, averterat a præsentí certamine Boiorum legatorum regulique Magali adventus, qui se duces iterum, socios periculi fore affirmantes, integro bello, nusquam antè libatis viribus, Italiam adgrediendam censent. Multitudo timebat quidem hostes, nondum obliterated memoria superioris belli: sed magis iter immensum, Alpesque, rem famâ utique inexpertis horrendam, meluebat. Itaque Annibal, postquam ipsi sententia stetit pergere ire, atque Italiam petere, advocatâ concione, variè militum versat animos castigando adhortandoque. « Mirari se quinam pectora semper impavida repens terror invaserit: per tot annos vincentes eos stipendia facere: neque antè Hispaniâ excessisse, quàm omnes gentes, et terræ cæ, quas duo diversa maria amplectantur, Carthaginiensium essent. Indignatos deinde quòd, quicumque Saguntum obsedissent, velut ob noxam, sibi dedi postularet populus romanus, Iberum trajecisse ad delendum nomen Romanorum, liberandumque orbem terrarum; tum nemini visum id longum, cum ab occasu solis ad ortum intenderent iter. Nunc, postquam multò majorem partem itineris emensam cernant, Pyrenæum saltum inter ferocissimas gentes superatum, Rhodanum, tantum amnem, tot millibus Gallorum prohibentibus, domitâ etiam ipsius fluminis vi, trajectum, in conspectu Alpes habeant, quarum alterum latus Italiae sit; in ipsis portis hostium fatigatos subsistere, quid aliud Alpes esse credentes, quàm montium altitudines? Fingerent altiores Pyrenæis jugis: nullas profectò terras cælum contingere, nec

ria la batalla con el primer ejército, etc. *Averterat*, le habia disuadido de dar la batalla al presente. *Duces*, para enseñarle los caminos. *Integro*, estando la guerra en sus principios, y no habiendo aun probado las fuerzas enemigas. *Alpesque*, y el paso de los Alpes horroroso, como decian, para los que no le habian experimentado. *Postquam*, despues que se resolvió á seguir adelante y dirigirse á la Italia. *Versat*, tantea, indaga el ánimo de su tropa, ya reprendiéndolos, ya animándolos. *Terror*, qué miedo repentino se habia apoderado de sus corazones, que nunca temieron. *Stipendia*, militaban. *Indignatos*, cuando despues pasásteis el Ebro, les decia, para borrar la memoria de los Romanos, irritados porque estos pedian se les entregase á los que cercaron á Sagunto, entonces á ninguno le pareció cosa dificultosa. *Ob noxam*, para castigar su culpa. *Emensam*, andada la mayor parte del camino. *Quarum*, de los que la una falda mira á la Italia. *Fingerent*, suponed, les decia, que sean mas elevados que la cumbre del Pirineo...

inexsuperabiles humano generi esse. Alpes quidem habitari, coli, gignere atque alere animantes: pervias paucis esse, exercitibus invias? eos ipsos quos cernant legatos, non pennis sublimè elatos Alpes transgressos: ne majores quidem eorum indigenas, sed advenas Italiæ cultores, has ipsas Alpes ingentibus sæpe agminibus cum liberis ac conjugibus, migrantium modo, tutò transisse. Militi quidem armato, nihil secum præter instrumenta belli portanti, quid invium aut inexsuperabile esse? Saguntum ut caperetur, quid per octo menses periculi, quid laboris exhaustum esse? Romam, orbis terrarum caput, pentibus quidquam adeò asperum atque arduum videri, quod inceptum moretur? Cepisse quondam Gallos ea quæ adiri posse Pœnus desperet. Proinde, aut cederent animo atque virtute genti per eos dies toties ab se victæ, aut itineris finem sperent campum interjacentem Tiberi ac mœnibus romanis. » His adhortationibus incitatos corpora curare, atque ad iter se parare jubet. Postero die, profectus adversâ ripâ Rhodani, mediterranea Galliæ petit: non quia rectior ad Alpes via esset, sed, quantum a mari recessisset, minùs obvium fore Romanum credens: cum quo, priùs quàm in Italiam ventum foret, non erat in animo manus conserere. Quartis castris ad insulam pervenit: ibi Arar Rhodanusque amnes diversis ex Alpibus decurrentes, agri aliquantulum amplexi, confluent in unum: mediis campis Insulæ nomen inditum.

Inexsuperabiles, no eran imposibles de pasar á los hombres. *Pervias paucis*, con que pueden pasar los pocos, y han de ser intrasitables á todo un ejército? *Non pennis sublimè*, no vinieron por el aire con plumas, y sus antepasados, que no eran naturales de allí, sino que fueron de otra parte á poblar la Italia. *Modo migrantium*, como pasajeros. *Saguntum*, ¿cuántos peligros y trabajos, les decia, hemos sufrido por ocho meses para tomar á Sagunto? *Proinde*, por tanto, ó que cediesen en ánimo y valor á una nacion tantas veces vencida por aquellos dias. *Campum*, el campo Marcio. *Curare*, animados con estas exhortaciones, mandó tomasen algun refuerzo. *Adversâ ripâ*, rio arriba se encaminó á lo interior de la Galia. *Arar*, Saona. *Diversis* (sup. *locis*). *Agri*, cogiendo en medio un pequeño terreno, se juntan en uno...

Quartis castris, al cuarto dia, porque cada dia se sentaban una vez los reales.

Accolunt propè Allobroges, gens jam inde nullâ gallicâ gente opibus aut famâ inferior: tum discors erat. Regni certamine ambigebant fratres: major, et qui priùs imperitarat, Brancus nomine, minore a fratre et cœtu juniorum, qui jure minùs, vi plus poterant, pellebatur. Hujus seditionis peropportuna disceptatio cum ad Annibalem rejecta esset, arbiter regni factus, quod erat senatùs principumque sententiâ futurum, imperium majori restituit. Ob id meritum, commeatu copiâque rerum omnium, et vestimentis est adjunctus, quæ infames frigibus Alpes præparare cogebant. Sedatis certaminibus Allobrogum, cum jam Alpes peteret, non rectâ regione iter instituit, sed ad lævam in Tricastinos flexit: inde per extremam oram Vocontiorum agri tetendit in Tricorios, haud usquam impeditâ viâ priùs quàm ad Druentiam flumen pervenit. Is et ipse alpinus annis longè omnium Galliæ fluminum difficillimus transitu est: nam cum aquæ vim vehat ingentem, non tamen navium patiens est, quia nullis coercitus ripis, pluribus simul neque iisdem alveis fluens, nova semper vada novosque gurgites faciens (et ob eadem pediti quoque incerta via est), ad hæc saxa glomerosa volvens, nihil stabilis nec tuti ingredienti præbet; et tum fortè imbribus auctus, ingentem transgredientibus tumultum fecit, cum super cetera, trepidatione ipsi suâ atque incertis clamoribus turbarentur.

Allobroges, Saboyanos; pueblo ni menos rico ni menos famoso que los demás, etc. *Tunc*, entonces andaban en discordias. *Regni*, dos hermanos andaban en contienda sobre reinar. *Pellebatur*, era echado por el hermano menor, que tenía menos derecho pero mas poder, y por los jóvenes que le favorecian. *Peropportuna*, muy oportuna para acreditarse Anibal. *Rejecta*, habiéndose remitido. *Restituit*, restituyó el reino al mayor, lo que habia de suceder por sentencia, etc. *Ob id*, por este favor le socorrieron con provisiones, etc. *Infames*, nombrados, ó famosos por los frios. *Tricastinos*, hácia el Delfinado. *Viâ*, sin estorbarle la marcha en parte ninguna, etc. *Alpinus*, este rio, que tambien nace en los Alpes, es el mas dificultoso de pasar de todos los de la Galia, porque aunque caudaloso no sufre naves, porque no estando sujeto á márgenes, y corriendo por muchas y diversas madres. *Et ob*, y por lo mismo no tiene paso seguro para el que va á pié. *Saxa glomerosa*, llevando tambien en su corriente mucho guijarro, ni deja afirmar el pié, ni tiene paso seguro. *Ingentem tumultum*, les causó gran confusion al pasarle. *Trepidatione*, con su mismo desórden.

XII. P. Cornelius consul, triduo ferè postquam Annibal ab ripà Rhodani movit, quadrato agmine ad castra hostium venerat, nullam dimicandi moram facturus: ceterùm ubi deserta munimenta, nec facilè se tantùm progressos assecuturum videt, ad mare ac naves redit, tutiùs faciliùsque ita descendenti ab Alpibus Annibali occursurus. Ne tamen nuda auxiliis romanis Hispania esset, quam provinciam sortitus erat, Cn. Scipionem fratrem cum maximà parte copiarum adversùs Asdrubalem misit; non ad tutandos tantummodo veteres socios, conciliandosque novos, sed etiam ad pellendum Hispanià Asdrubalem. Ipse cum admodum exiguis copiis Genuam repetit, eo, qui circa Padum erat, exercitu Italiam defensurus.

XIII. Annibal ab Druentià campestri maximè itinere ad Alpes cum bonà pace incolentium ea loca Gallorum pervenit. Tum, quanquam famà priùs, quàm quidem incerta in majus vera ferri solent, præcepta res erat, tamen ex propinquo visa montium altitudo, nivesque cælo prope immixtæ, tecta informia imposita rupibus, pecora jumentaue torrida frigore, homines intonsi et inculti, animalia inanimaque omnia rigentia gelu, cetera visu quàm dictu fædiora, terrorem renovavere. Erigentibus in primos agmen clivos apparuerunt imminentes tumulos insidentes montani; qui si valles occultiores insedisent, coorti in pugnam repenti, ingentem fugam stragemque dedissent. Annibal consistere signa jubet: Gallisque ad visenda loca præmissis, postquam comperit transitum eà non esse, castra inter confragosa omnia præruptaque, quàm extensissimà potest valle locat. Tum per eosdem Gallos,

XII. *Movit* (sup. castra). *Tantum*, que iban tan adelante. *Genuam*, Génova.

XIII. *Pervenit ad Alpes cum bonà pace Gallorum incolentium ea loca*, sin molestarle los Galos que habitaban aquellos lugares, llegó á los Alpes. *Tum*, entonces, aunque ya tenia noticia de los Alpes por la voz comun, que suele aumentar las cosas inciertas mas de lo que son. *Tecta informia*, cabañas colocadas sobre peñascos, animales y plantas consumidas de frio. *Rigentia*, erizadas de frio. *Fædiora*, mas terrible á la vista de lo que puede decirse. *Erigentibus*, al subir el ejército por las primeras cuevas. *Insedisent*, que estaban apoderados de las alturas; los que si hubieran tomado los hondos valles, y hubieran acometido repentinamente, hubieran hecho huir á los enemigos con gran destrozo. *Consistere signa*, parar el ejército. *Inter*, entre fragosidades y asperezas, en el valle mas ancho que encontró...

haud sanè multùm linguà moribusque abhorrentes, cum se immiscuissent colloquiis montanorum, edoctus interdiu tantùm obsideri saltum, nocte in sua quemque dilabi tecta, luce primà subiit tumulos, ut ex aperto atque interdiu viam per angustias facturus. Die deinde, simulando aliud quàm quod parabatur, consumpto, cum eodem quo constiterat loco castra communisset, ubi primùm digressos tumulis montanos, laxatasque sensit custodias, pluribus ignibus quàm pro numero manentium in speciem factis, impedimentisque cum equite relictis, et maximà parte peditum, ipse cum expeditis, acerrimo quoque viro, raptim angustias evadit: iisque ipsis tumulis, quos hostes tenuerant, consedit. Primà deinde luce castra mota, et agmen reliquum incedere cepit. Jam montani, signo dato, ex castellis ad stationem solitam conveniebant: cum repente conspiciunt alios, arce occupatà suà, super capita imminentes, alios vià transire hostes. Utraque simul objecta res oculis, animis immobiles parumper eos defixit: deinde ut trepidationem in angustiis, suoque ipso tumultu Annibalis misceri agmen videre, equis maximè consternatis, quidquid adjecissent ipsi terroris, satis ad perniciem fore rati, perversis rupibus juxta invia ac devia adsueti discurrunt. Tum verò simul ab hostibus, simul ab iniquitate locorum Pœni oppugnabantur; plusque inter ipsos (sibi quoque tendente, ut periculo

Haud sanè, no muy diferentes en la lengua y costumbres. *Cum se*, habiendo platicado con los montañeses. *Interdiu*, que solo de dia ocupaban la montaña, y que por la noche cada cual se iba á su cabaña. *Ex aperto*, descubriendo el terreno. *Die*, gastado el dia en aparentar cosa distinta de lo que intentaba. *Ubi*, luego que vió que los montañeses habían dejado las alturas, y eran menos espesas las centinelas, levantando muchas hogueras para que creyesen quedaba mucha gente. *Viro quoque acerrimo*, y con los mas valientes de infantería. *Evadit*, sale prontamente de aquella estrechura. *Stationem*, á hacer sus centinelas acostumbradas. *Arce*, las alturas, que eran su alcázar. *Utraque*, vistas á un tiempo ambas cosas quedaron suspensos por un rato. *Perversis*, derrocando peñas, andan por parajes intransitables y apartados del camino por la costumbre que tenían. *Rati*, juzgando que el menor terror que ellos añadiesen, sería bastante para arruinarlos. *Iniquitate*, eran molestados por la aspereza del sitio. *Plusque*, y mas peleaban entre sí mismos. *Sibi*, pretendiendo cada cual ser el primero en escapar del peligro...

prius evaderet) quam cum hostibus certaminis erat. Equi maximè infestum agmen faciebant, qui et clamoribus dissonis, quos nemora etiam repercussæque valles augebant, territi trepidabant: et icti fortè aut vulnerati adeò consternati sunt, ut stragem ingentem simul hominum ac sarcinarum omnis generis facerent: multosque turba, cum præcipites diruptæque utrinque angustia essent, in immensum altitudinis dejecit, quosdam et armatos. Inde, ruinæ maximæ modo, jumenta cum oneribus devolvebantur. Quæ quamquam fœda visu erant, stetit parumper tamen Annibal, ac suos continuit, ne tumultum ac trepidationem augetet; deinde postquam interrumpi agmen vidit, periculumque esse, ne exutum impedimentis exercitum nequidquam incolumem traduxisset, decurrit ex superiore loco: et cum impetu ipso fudisset hostem, suis tumultum auxit; sed is tumultus momento temporis, postquam liberata itinera fugâ montanorum erant, sedatur; nec per otium modò, sed propè silentio, mox omnes traducti. Castellum inde, quod caput ejus regionis erat, vicosque circumjectos capit, et captivo frumento ac pecoribus per triduum exercitum aluit: et quia nec montanis primò percussis, nec loco magnopere impediabantur, aliquantum eo triduo viæ confecit. Pervenit inde ad frequentem cultoribus alium, ut inter montana, populum: ibi non bello aperto, sed suis artibus, fraude, deinde insidiis est prope circumventus. Magno natu principes castellorum oratores ad Pœnum veniunt: alienis malis, utili exemplo, doctos, memorantes, amicitiam malle quam vim experi Pœnorum: itaque, obedientes imperata

Equi, la caballería mas que todo embarazaba al ejército. *Clamoribus*, con la gritería desentonada que se aumentaba, retumbando en los bosques y hondonadas. *Sarcinarum*, caballerías de carga. *Multosque*, habiendo por ambas partes peñascos escarpados y estrechos, muchos atropellándose cayeron, etc. *Immensum*, en grandes precipicios. *Inde*, demás de esto se despeñaban las caballerías cargadas, á manera de un grande edificio que viene á tierra. *Fœda*, lo cual, aunque fué para él un espectáculo horroroso. *Stetit*, estuvo sobre sí, y contuvo á los suyos. *Periculumque*, y que corría peligro fuese inútil el haber pasado salvo el ejército sin bagaje. *Sed is*, pero este alboroto se sosiega en breve, despojados ya los caminos, etc., y al punto todos pasaron, no solo en paz sino casi sin chistar nadie. *Caput*, capital. *Vicosque*, y aldeas circunvecinas. *Ad frequentem*, á otro lugar de bastante poblacion para lo que se acostumbraba en montañas. *Doctos*, que escarmentados con el mal ajeno, ejemplo útil...

facturos; commeatum itinerisque duces, et ad fidem promisorum obsides acciperet. Annibal, nec temerè credendo nec aspernando, ne repudiati aperte hostes fierent, benignè cum respondisset, obsidibus quos dabant acceptis, et commeatu quem in viam ipsi detulerant usus, nequaquam ut inter pacatos incomposito agmine duces eorum sequitur. Primum agmen elephantum et equites erant: ipse post cum robore peditum, circumspectans sollicitus omnia, incedebat. Ubi in angustiorè viam ex parte alterà subjectam jugo insuper imminente ventum est, undique ex insidiis barbari a fronte et a tergo coorti, cominus eminusque petunt, saxa ingentia in agmen devolvunt; maxima ab tergo vis hominum urgebat. In eos versa peditum acies haud dubium fecit, quin, nisi firmata extrema agmina fuissent, ingens in eo saltu accipienda clades fuerit. Tunc quoque ad extremum periculi ac prope perniciem ventum est; nam dum cunctaretur Annibal dimittere in angustias agmen, quia non, ut ipse equitibus præsidio erat, ita peditibus quidquam ab tergo auxilii reliquerat, occurrant per obliqua montani, perrupto medio agmine, viam insedere, noxque una Annibali sine equitibus ac impedimentis acta est. Postero die, jam segniùs intercurantibus barbaris, junctæ copiarum, saltusque haud sine clade, majore tamen jumentorum quam hominum pernicio, superatus. Inde montani pauciores jam, et latrocinii magis quam belli more concursabant; modò in primum, modò in novissimum agmen, ut cuique aut locus opportunitatem daret, aut progressi morative aliquam occa-

Ad fidem, para prueba de sus promesas. *Ne repudiati*, para que desechados no se declarasen enemigos. *Nequaquam... incomposito*, no llevando su ejército desordenado como si fuera entre gente pacífica. *Duces*, guías. *Primum agmen*, en la vanguardia. *Circumspectans*, atendiendo solícito á todo, y con la flor de la infantería. *Subjectam*, que estaba debajo de una eminencia que amenazaba por encima. *Cominus*, le acometen de cerca y de lejos. *Urgebat*, los apretaba un gran número. *Haud dubium*, dió á conocer. *Extrema*, la vanguardia y retarguardia. *Extremum*, al mayor peligro, y casi al punto de perecer. *Dimittere*, en desfilas su gente por aquellas angosturas. *Per obliqua*, al través. *Perrupto*, habiendo cortado el ejército por medio, ocuparon el paso de modo que Anibal tuvo una noche cortada la comunicacion con la caballería y bagaje. *Segniùs*, acometiendo mas flojamente. *Latrocinii*, mas como salteadores que como guerreros. *Progressi* (sup. *Pœni*)...

sionem fecissent. Elephanti, sicut præcipites per arctas vias magnâ morâ agebantur, ita tutum ab hostibus, quâcumque incederent (quia insuetis adeundi propiùs metus erat) agmen præbebant. Nono die in jugum Alpium perventum est, per invia pleraque et errores, quos aut ducentium fraus, aut, ubi fides iis non esset, temerè initæ valles a conjectantibus iter, faciebant. Biduum in jugis stativa habita, fessisque labore ac pugnando quies data militibus; jumentaque aliquot, quæ prolapsa in rupibus erant, sequendo vestigia agminis, in castra pervenere. Fessis tædio tot malorum, nivis etiam casus, occidente jam sidere Vergiliarum, ingentem terrorem adjecit. Per omnia nive oppleta, cum, signis primâ luce motis, segniter agmen incederet, pigrítiaque et desperatio in omnium vultu emineret, prægressus signa Annibal in promontorio quodam, unde longè ac latè prospectus erat, consistere jussis militibus, Italiam ostentat, subjectosque Alpinis montibus circumpadanos campos, mœniaque eos tum transcendere, non Italiæ modò, sed etiam urbis Romæ: cetera plana, proclivia fore; uno aut ad summum altero prælio arcem et caput Italiæ in manu ac potestate habituros. Procedere inde agmen cœpit, jam nihil de hostibus quidem, præter parva furta per occasionem, tentantibus. Ceterum iter multò quàm in ascensu fuerat (ut pleraque Alpium ab Italiâ, sicut breviora, ita arrectiora sunt) difficilior fuit: omnis enim ferme viâ præceps, angusta, angusta, lubrica erat, ut neque sustinere se a lapsu possent, nec, si quî paululùm titubassent, hæreere afflicti vestigio suo,

Sicut, así como, impelidos de su mismo peso, iban muy despacio por los pasos estrechos. *Per invia*, regularmente por caminos intransitables y desconocidos, que llevaban ó por engaño de las guías, ó porque no fiándose de ellos, caminaban á tientas é inconsideradamente por valles. *Vergiliarum*, ocultándose ya las siete cabrillas. *Unde*, de donde se podía extender la vista hácia todas partes. *Subjectosque*, y los campos inmediatos al Po puestos debajo de los Alpes. *Cetera*, que todo lo demás sería llano y fácil, pues con una ó á lo mas dos batallas, etc. *Parva furta*, raterías que hacían hallando ocasion. *Ut pleraque*, como que la mayor parte de los Alpes, que mira á Italia, así como es de subida mas corta, así es mas escarpada. *Præceps*, cuesta abajo, estrecho y resbaladizo en tanto grado, que ni podían menos de caer, ni afianzarse con

Transcendere, dicelo porque los Romanos tenían á los Alpes por el mayor baluarte de su imperio.

alique super alios, et jumenta et homines occiderent. Ventum deinde ad multò angustiore rupem, atque ita rectis saxis, ut ægrè expeditus miles tentabundus, manibusque retinens virgulta ac stirpes circa imminentes, demittere sese posset. Naturâ locus jam antè præceps, recenti terræ lapsu impeditus, in pedum mille admodum altitudinem abruptus erat. Ibi cum velut ad finem viæ equites constitissent, miranti Annibali quæ res moraretur agmen, nuntiatur rupem inviam esse: digressus deinde ipse ad locum visendum, haud dubia res visa, quin per invia circa nec trita antea, quamvis longo ambitu, circumduceret agmen. Ea verò viâ insuperabilis fuit: nam cum super veterem nivem intactam nova modicæ altitudinis esset, molli nec præaltæ nivi facilè pedes ingredientium insistebant; ut verò tot hominum jumentorumque incessu dilapsa est, per nudam infra glaciem fluentemque tabem lique-scentis nivis ingrediebantur. Tetra ibi luctatio erat, ut a lubricâ glacie non recipiente vestigium, et in prono citius pedes fallente: et seu manibus in adsurgendo, seu genu se adjuvissent, ipsis adminiculis prolapsi, si iterum corruissent, nec stirpes circa radicesve, ad quas pede aut manu quisquam eniti posset, erant. Ita in levi tantum glacie tabidâque nive volutabantur: jumenta secabant interdum etiam, tum infimam ingredientia nivem, et prolapsa, jactandis gravius in connitendo unguis, penitus perfringebant, ut pleraque, velut

los piés si caían. *Atque ita*, y tan escarpada, que apenas podía bajar un soldado desembarazado á tientas, y agarrándose de las matas y troncos que sobresalían al rededor entre los peñascos. *Naturâ*, á la situacion escarpada que el lugar tenía de suyo, se juntaba el estar cortado el paso, por haberse hundido recientemente la tierra como á la altura de mil piés. *Rupem*, que por el peñasco no había paso. *Per invia*, por sendas nuevas y no trilladas. *Molli*, en la nieve blanda y de poca altura, fácilmente afianzaban los piés. *Incessu dilapsa*, se deshizo con las pisadas de tantos soldados y caballos. *Per nudam*, pisaban el duro yelo, que estaba debajo de la nieve deshecha y derretida. *Tetra*, mucho trabajaron allí, no pudiendo afirmar el pié en el hielo resbaladizo y mucho mas por estar el terreno cuesta abajo. *Ipsis*, resbalando en lo mismo de que se ayudaban. *Eniti*, estribar. *Jumenta*, á veces las caballerías cortaban el hielo al entrar en la nieve que estaba debajo, y le quebrantaban cuantos mas esfuerzos hacían con las pezuñas para mantenerse; de modo que la mayor parte de ellas, como si tuvie-

pedicâ capta, hærerent in duratâ et altè concretâ glacie. Tandem, nequidquam jumentis atque hominibus fatigatis, castra in jugo posita, ægerrimè ad id ipsum loco purgato: tantùm nivis fodiendum atque egerendum fuit! Inde ad rupem minuendam, per quam unam via esse poterat, milites ducti: cùm cædendum esset saxum, arboribus circa immanibus dejectis detruncatisque, struem ingentem lignorum faciunt, eamque, cùm et vis venti apta faciendo igni coorta esset, succendunt, ardentiaque saxa infuso aceto putrefaciunt. Ita torridam incendio rupem ferro pandunt, molliuntque anfractibus modicis clivos, ut non jumenta solùm, sed elephantii etiam deduci possent. Quatriduum circa rupem consumptum: jumenta propè fame absumentur, nuda enim ferè cacumina sunt; et si quid est pabuli, obruunt nives. Inferiores valles apricos quosdam colles habent rivosque prope silvas, et jam humano cultu digniora loca. Ibi jumenta in pabulum missa, et quies muniendò fessis hominibus data triduo: inde ad planum descensum est, etiam locis mollioribus et accolarum ingeniis.

XIV. Hoc maximè modo perventum est in Italiam, quinto mense a Carthagine novâ, ut quidam auctores sunt, quinto decimo die Alpibus superatis. Quantæ copię transgresso in Italiam Annibali fuerint, nequaquam inter auctores constat. Qui plurimùm, centum millia peditum, viginti equitum fuisse scribunt:

ran trabas en los piés quedaban atascadas en el mismo hielo, duro y de mucho grueso. *Ægerrimè*, con muchísima dificultad. *Tantum*, tanta fué la nieve que tuvieron que quitar y sacar con palas. (Epifonema.) *Rupem minuendam*, para deshacer el peñasco por donde únicamente podían pasar; pero teniendo que cortarle, echando á tierra grandes árboles que había al rededor, juntan una grande pira de leña. *Ardentiaque*, y calcinando las piedras echando vinagre, las consumen. *Torridam incendio*, ya calcinado el peñasco abren camino con piquetas. *Molliuntque*, y suavizan la pendiente con pequeñas revueltas. *Consumptum*, gastaron. *Absumentur*, casi morían. *Inferiores*, los valles hondos tienen algunos collados abrigados. *Et jam humano*, ya mas acomodados para habitacion de racionales. *Locis*, lugares mas apacibles por la condicion de sus naturales.

XIV. *Quinto*, á los cinco meses despues que salieron de Cartagena. *Quinto decimo*, habiendo gastado quince dias en pasar los Alpes. *Qui plurimum*, los que ponen mayor número en el ejército de Anibal...

qui minimùm viginti millia peditum, sex equitum. L. Cincius Alimentus, qui captum se ab Annibale scribit, maximus auctor moveret me, nisi confunderet numerum, Gallis Liguribusque additis. Cum his scribit octoginta millia peditum, decem equitum, adducta in Italiam (magis affluxisse verisimile est, et ita quidam auctores sunt) ex ipso autem audisse Annibale, postquam Rhodanum transierit, triginta et sex millia hominum, ingentemque numerum equorum et aliorum jumentorum amisisse in Taurinis, quæ Gallis proxima gens erat in Italiam digresso. Id cùm inter omnes constet, eò magis miror ambigi, quam Alpes transierit: et vulgo credere, Pennino, atque inde nomen ei jugo Alpium inditum, transgressum. Cælius per Cremonis jugum dicit transisse: qui ambo saltus eum non in Taurinos sed per Salassos montanos ad Libuos Gallos deduxissent. Nec verisimile est, ea tum ad Galliam patuisse itinera: utique quæ ad Penninum ferunt, obseptæ gentibus semigermanis fuissent: neque, hercule, montibus his (si quem fortè id movet) ab transitu Pœnorum ullo Veragri, incolæ jugi ejus, norunt nomen inditum, sed ab eo quem, in summo sacratum vertice, Penninum montani appellant.

XV. Peropportunè ad principia rerum, Taurinis, proximæ genti, adversus Insubres motum bellum erat; sed armare

L. Cincius Alimentus... maximus moveret me, me moveria á creer lo que dice L. Cincio Alimento, autor muy respetable. *Magis affluxisse*, es mas verosímil que se le agregaron los dichos. *Taurinis*, en el Turin. *Id cùm*, siendo esta opinion sentada de todos los historiadores, me admiro mas de que se dude del lugar por donde Anibal pasó los Alpes, y de que comunmente se crea que pasó el Apenino, y que por esto se le puso este nombre. *Cremonis*, por la cumbre de Cremona. *Qui ambo*, los cuales dos pasos no le hubieran conducido al Piamonte, sino por el valle de Aoste al país de Vercelis. *Patuisse itinera*, que estuviese franco el paso por aquellos caminos, los cuales como que van al Apenino hubieran estado ocupados de gentes medio germanas. *Neque hercule... Veragri*, ni ciertamente alguno de los Veragros que habitan esta eminencia tiene noticia de que el Apenino se haya llamado así del paso de los Cartagineses, si alguno acaso se mueve por esta razon.

XV. *Peropportunè*, al principio de estas cosas los de Turin habian declarado guerra á los Insubrios, de quienes eran comarca-

Penninum, Penino, dios que adoraban en estas montañas, de donde tomaron el nombre.

exercitum Annibal, ut parti alteri auxilio esset, in reficiendo maximè sentientem contracta ante mala, non poterat: otium enim ex labore, copia ex inopià, cultus ex illuvie tabeque, squalida et prope efferata corpora variè movebant. Ea P. Cornelio consuli causa fuit, cum Pisas navibus venisset, exercitum a Manlio Atilioque accepto tirone, et in novis ignominiiis trepido, ad Padum festinandi; ut cum hoste nondum refecto manum consereret. Sed cum Placentiam consul venit, jam ex stativis moverat Annibal; Taurinorumque unam urbem, caput gentis ejus, quia volentes in amicitiam non veniebant, vi expugnarat: junxissetque sibi, non metu solum, sed etiam voluntate, Gallos accolos Padi, ni eos, circumspicientes defectionis tempus, subito adventus consulis oppressisset. Et Annibal movit ex Taurinis, incertos quæ pars sequenda esset, Gallos præsentem se secuturos ratus. Jam prope in conspectu erant exercitus, convenerantque duces, sicut uterque inter se nondum satis noti, ita jam imbutus uterque quædam admiratione alterius. Nam Annibalis et apud Romanos jam ante Sagunti excidium celeberrimum nomen erat, et Scipionem Annibal, eò ipso quòd adversus se dux potissimum lectus esset, præstantem virum credebatur. Et auxerant inter se opinionem: Scipio, quòd, relictus in Gallià, obvius fuerat in Ita-

nos, pero muy favorable para Anibal. *Alteri*, á uno de los dos pueblos. *In reficiendo*, estando recobrándose de los males padecidos antes, y cuyos efectos sentia mucho. *Ex labore*, porque sucediendo el descanso al trabajo, la abundancia á la escasez, y el buen trato á la miseria é inmundicia anterior, causaban varios efectos en los cuerpos consumidos y casi salvajes. *Tirone*, bisoño y atemorizado por las ignominiosas derrotas recibidas. *Stativis*, ya habia salido de los cuarteles. *Ni eos*, á no haberles sorprendido, cuando meditaban la rebelion contra los Romanos, la repentina llegada del cònsul. *Movit*, salió. *Ratus Gallos, incertos quæ pars sequenda esset, secuturos se præsentem*, persuadiéndose que los Galos, inciertos del partido que seguirian, se le habian de arri-mar cuando estuviese presente. *Ita jam*, así, llenos de admiracion el uno del otro. *Et auxerant*, y este concepto que tenian de sí lo aumentaron, Escipion porque dejado en la Galia salió al

Pisas, Pisa, ciudad de la Etruria. *Urbem Taurinorum*, ahora *Augusta Taurinorum*, Turin.

liam transgresso Annibali; Annibal, conatu tam audaci trajiciendarum Alpium et effectum.

XVI. Occupavit tamen Scipio Padum trajicere: et ad Ticinum annem motis castris, prius quam educeret in aciem, adhortandorum militum causâ, talem orationem exorsus est. « Si eum exercitum, milites, educerem in aciem, quem in Galliâ mecum habui, supersedissem loqui apud vos; quid enim adhortari referret, aut eos equites, qui equitatum hostium ad Rhodanum flumen egregiè vicissent, aut eas legiones, cum quibus fugientem hunc ipsum hostem secutus, confessionem cedentis, ac detrectantis certamen pro victoriâ habui? Nunc, quia ille exercitus, Hispaniæ provinciæ scriptus, ibi cum fratre Cn. Scipione meis auspiciis rem gerit, ubi eum gerere senatus populusque Romanus voluit: ego, ut consuem ducem adversus Annibalem ac Pænos haberetis, ipse me huic voluntario certamini obtuli. Novo imperatori apud novos milites pauca verba facienda sunt. Ne genus belli, neve hostem ignoretis, cum iis est vobis, milites, pugnandum, quos terrâ marique priore bello vicistis; a quibus stipendium per viginti annos exegistis; a quibus capta belli præmia, Siciliam ac Sardiniam, habetis. Erit igitur in hoc certamine is vobis illisque animus, qui victoribus et victis esse solet. Nec nunc illi, quia audent, sed quia necesse est, pugnaturi sunt: nisi creditis, qui exercitu incolumi pugnam detrectavere, eos, duabus partibus peditum equitumque in transitu Alpium amissis cum plures pæne perierint quam supersint, plus spei nactus esse. At enim pauci quidem sunt, sed vigentes animis

encuentro á Anibal cuando pasaba á Italia; Anibal por el atrevido empeño de pasar los Alpes y haberlo logrado.

XVI. *Occupavit*, se adelantó al pasar el Po. *Ticinum*, Tesin. *Edueret in aciem*, antes de sacarlos al campo de batalla. *Supersedissem*, hubiera omitido este razonamiento que os hago. *Confessionem*, le hice confesar que retirándose y rehusando la batalla se daba por vencido. *Meis auspiciis*, con mi proteccion. *A quibus*, de quienes cobrásteis prest por espacio de veinte años. *Sed quia*, sino porque la necesidad los obliga. Orden: *Nisi creditis... eos qui detrectavere pugnam exercitu incolumi nactus esse plus spei*, á no ser que creais que los que rehusaron pelear cuando tenian entera su gente, habrán cobrado mayores esperanzas habiendo perdido, etc. *At enim* (prolepsis), pero me direis, que aunque pocos en número son robustos y de valor...

corporibusque, quorum robor ac vires vix sustinere vis ulla possit. Effigies, imò umbræ hominum, fame, frigore, illuvie, squalore enecti, contusi ac debilitati inter saxa rupesque: ad hæc, præusti artus, nive rigentes nervi, membra torrida gelu, quassata confricaque arma, claudi ac debiles equi. Cum hoc equite, cum hoc pedite pugnaturi estis: reliquias extremas hostium, non hostes habebitis. Ac nihil magis vereor quàm ne, antequam vos cum hoste pugnaveritis, Alpes vicisse Annibalem videantur. Sed ita forsitan decuit, cum fœderum ruptore duce ac populo deos ipsos, sine ullâ humanâ ope, committere ac profligare bellum: nos autem, qui secundum deos violati sumus, commissum ac profligatum conficere. Non vereor, ne quis me hoc vestri adhortandi causâ magnificè loqui existimet, ipsum aliter animo affectum esse. Licuit mihi in Hispaniam, provinciam meam, ire, quò jam profectus eram, cum exercitu meo, ubi et fratrem consilii participem ac periculi socium haberem; et Asdrubalem potiùs quàm Annibalem hostem, et minorem haud dubiè molem belli. Tamen, cum præterveherer navibus Galliæ oram, ad famam hujus hostis in terram egressus, præmisso equitatu, ad Rhodanum movi castra. Equestri prælio, quâ parte copiarum conserendi manum fortuna data est, hostem fudi: peditum agmen, quod in modum fugientium raptim agebatur, quia adsequi terrâ non poteram, regressus ad naves, quantâ maximâ celeritate

Effigies (respuesta), pues sabed que no son mas que figuras y apariencias de hombres muertos de hambre, frio, miseria y flaqueza, quebrantados y debilitados. *Ad hæc*, jùntase á esto que sus miembros y nervios están quemados, recocidos y erizados con la nieve y hielo. *Claudi*, cojos. *Equite... pedite* (sinecdoque, en lugar de plural). *Reliquias*, encontrareis, no enemigos sino sus reliquias. *Sed ita*, pero quizá así convino que los mismos dioses, sin valerse de los hombres, peleasen é hiciesen guerra á un pueblo y capitán violadores de la alianza; y que nosotros, que despues de los dioses hemos sido agraviados, acabemos lo que dejaren por concluir. *Ne quis... vestri*, no temo que alguno de vosotros imagine. *Ipsum* (sup. me), y que yo tengo otra cosa en el corazon. *Licuit mihi*, bien pudiera haberme ido á mi gobierno de España. *Et minorem*, y seguramente una guerra menos peligrosa que esta. *Cum præterveherer*, costeano con mi armada la Galia. *Fortuna data*, lo gré la dicha de venir á las manos. *Quod in modum*, que comenzaba á buir desaperderadamente...

potui, tanto maris terrarumque circuitu in radicibus Alpium obvius fui. Huic timendo hosti utrum, cum declinarem certamen, improvisus videor incidisse, an occurrere in vestigiis ejus? lacessere ac trahere ad decernendum? Experiri juvat, utrum alios certè repentè Carthaginienses per viginti annos terra ediderit: an iidem sint, qui ad Ægates pugnare insulas, et quos ab Eryce duodevicens denariis aestimatos emisistis: et utrum Annibal hic sit æmulus itinerum Hercules, ut ipse fert, an vectigalis stipendiariusque, et servus populi romani a patre relictus. Quem nisi saguntinum scelus agitare, respiceret profectò, si non patriam victam, domum certè patremque, et fœdera Amilcaris scripta manu; qui, jussus a consule nostro, præsidium deduxit ab Eryce; qui graves impositas victis Carthaginiensibus leges, fremens mœrensque accepit; qui decedere Sicilia, qui stipendium populo romano dare pactus est. Itaque vos ego, milites, non eo solùm animo, quo adversus alios hostes soletis, pugnare velim, sed cum indignatione quâdam atque irâ, velut si servos videatis vestros arma repentè contra vos ferentes. Licuit, si voluissemus, ad Erycem clausos, ultimo supplicio humanorum, fame, interficere. Licuit classem victricem in Africam trajicere, atque intra paucos dies sine ullo certamine Carthaginem delere. Veniam dedimus precantibus, emisimus ex obsidione; pacem

Radicibus, faldas. *Huic timendo* (ironía), ¿pensais acaso que rehusando la batalla inadvertidamente he dado en manos de este formidable enemigo? ¿Ó que siguiéndole los pasos le he salido al encuentro? *Decernendum*, á una batalla decisiva? *Juvat*, quiero probar si la tierra en los veinte años pasados ciertamente ha producido de repente, etc., ó si son aquellos mismos. *Duodevicensis*, á los que dejásteis ir en libertad en el monte Erice (hoy monte de San Julian), tasándolos á diez y ocho denarios por cabeza. *Stipendiariusque*, pechero. *Quem*, quien, si el delito de haber destruido á Sagunto no lo trajese destinado, atenderia seguramente. *Fremens*, bramando, muy de mala gana. *Ultimo supplicio*, que es el mas atroz de los castigos humanos...

Æmulus, imitador de Hércules. Este, habiendo vencido á Gerion, pasó también á Italia por los Alpes,

como dice la historia de los siglos fabulosos de España.

cum victis fecimus : tutelæ deinde nostræ duximus cum africo bello urgerentur. Pro his impertitis, furiosum juvenem sequentes, oppugnatum patriam nostram veniunt. Atque utinam pro decore nobis hoc tantum, et non pro salute esset certamen. Non de possessione Siciliae ac Sardiniae, de quibus quondam agebatur, sed pro Italia nobis est pugnandum : nec est alius ab tergo exercitus qui, nisi nos vincimus, hosti obsistat : nec Alpes aliae sunt, quas dum superat, comparari nova possint praesidia. Hic est obstandum, milites, velut si ante romana maenia pugnemus. Unusquisque se non corpus suum solum, sed conjugem ac liberos parvos armis protegere putet : nec domesticas solum agitet curas, sed identidem hoc animo reputet, nostras nunc intueri manus senatum populumque romanum. Qualis nostra vis virtusque fuerit, talem deinde fortunam illius urbis ac romani imperii fore. » Hæc apud Romanos consul.

XVII. Annibal, rebus prius quam verbis adhortandos milites ratus, circumdato ad spectaculum exercitu, captivos montanos victos in medio constituit, armisque gallicis ante eorum pedes projectis, interrogare interpretem jussit, equis, si vinculis levaretur, armaque et equum victor acciperet, decertare ferro vellet? Cum ad unum omnes ferrum pugnante poscerent, et dejecta in id sors esset, se quisque eum optabat, quem fortuna in id certamen eligeret. Ut cujusque sors exciderat, alacer inter gratulantes gaudio exultans, cum sui moris tripudiis arma raptim capiebat. Ubi verò dimicarent, is habitus animorum non inter ejusdem modò conditionis homines erat, sed etiam inter spectantes vulgò, ut non vin-

Tutelæ, y además de esto juzgamos que debíamos ampararlos. *Impertitis* (sup. *beneficiis*), por estos favores. *Nec domesticas*, ni le muevan solamente los cuidados de su casa. *Nostras manus*, están mirando nuestro valor (*metonimia*). *Hæc*, así habló á los suyos el cònsul romano.

XVII. *Rebus*, con el ejemplo de otros. *Et dejecta*, y habiendo echado suertes para este fin (es á saber, para ver los que habian de pelear). *Ut sors cujusque*, segun cayó á cada uno la suerte, alegres entre los que les daban el parabien, y danzando de contento con bailes que ellos acostumbraban, prontamente tomaban las armas. *Ubi verò*, mas cuando peleaban, se veia tal disposicion de ánimos, no solo en los cautivos sino aun en los que miraban, que no se alababa mas la fortuna de los que vencian que la de los que honrosamente morian...

centium magis quam bene morientium fortuna laudaretur. Dum sic aliquot spectatis paribus affectos dimisisset, conicione inde advocatâ, ita apud eos locutus fertur. « Si quem animum in alienæ sortis exemplo paulò antè habuistis, eundem mox in æstimandâ fortunâ vestrâ habueritis, vicimus, milites : neque enim spectaculum modò illud, sed quædam veluti imago vestræ conditionis erat. Ac nescio, an majora vincula majoresque necessitates vobis, quàm captivis vestris, fortuna circumdederit : dextrâ levâque duo maria claudunt nullam ne ad esugium quidem navem habentibus ; contrâ Padus amnis, major ac violentior Rhodano, a tergo Alpes urgent, vix integris vobis ac vigentibus transitæ. Hic vobis vincendum aut moriendum, milites, est, ubi primùm hosti occurristis ; et eadem fortuna, quæ necessitatem pugnandi imposuit, præmia vobis ea victoribus proponit, quibus ampliora homines ne a diis quidem immortalibus optare solent. Si Siciliam tantum ac Sardiniam, parentibus nostris ereptas, nostrâ virtute recuperaturi essemus, satis tamen ampla pretia essent. Quidquid Romani tot triumphis partum congestumque possident, id omne nostrum cum ipsis dominis futurum est : in hanc tam opimam mercedem agite, cum diis bene juvantibus arma capite. Satis adhuc in vastis Lusitaniæ Celtiberiæque montibus pecora consecrando, nullum emolumentum tot laborum periculorumque vestrorum vidistis : tempus est jam opulenta vos ac ditia stipendia facere, et magna operæ pretia mereri, tantum itineris per tot montes fluminaque, et tot armatas gentes emensos. Hic vobis terminum laborum fortuna dedit :

Dum sic, habiendo Anibal alentado de este modo los ánimos de los suyos con algunos espectáculos semejantes, los hizo retirar, y despues, llamando la asamblea... *Sortis*, con el ejemplo de la suerte de los otros. *In æstimandâ*, en el aprecio que hagais de vuestra condicion. ya tenemos segura la victoria. *Conditionis*, de vuestro estado. *Ac nescio*, y no sé si la fortuna os tiene aprisionados con necesidades mas duras que las prisiones de vuestros cautivos. *Claudunt*, nos cercan. *Vix*, que á duras penas logramos pasar cuando estábais enteros y con fuerzas. *Premia*, os propone tales premios si venceis, que los hombres no se atreverian á pedirlos mayores á los dioses, etc. *Tam opimam*, disponeos para recibir tan grande recompensa. *Pecora*, persiguiendo fieras. *Tempus est*, ya es tiempo que cobreis grande y crecido sueldo, y que el prest sea grande como vuestro trabajo. *Emensos*, habiendo andado tanto camino.